

Più fortunato fu Omero, di cui ignorandosi la patria, molte città se lo contendevano.

Ora la causa di tant' odio è che Carlo afferma doversi le statue riservare ai santi, e non ai poeti, massime se pagani;

giusta cosa è invece che si dedichino statue così ai poeti, come a tutti gli illustri benemeriti,

il cui esempio ecciti i posteri a ben operare, secondo che diceva Scipione.

Ariminum suo principe Karolo. melior Homeri sors fuit, quem primum poetarum Greci faciunt <et> nostri ^(a) non negant, si modo Virgilius exceptus sit: melior quidem sors eius fuit, quod, cum qua esset patria ignoraretur ^(b), plurime Graeciae civitates eum civem suum dixerunt ^(c); hunc ^(d), quia unde sit constat, civitas sua eicit. 5

Et de facto hactenus. nunc facti causam opere pretium est videre. sed inprimis novum religionis vide genus, imo vero superstitionis. sanctis deberi statuas ait, poetis negat, atque huic minus qui gentilis fuerit ^(e). non sum qui negem et statuas et honorem sanctis ^(f) deberi, qui merito vite virtutumque doctrina sunt digni ut celebrentur ^(g) in terris et in celis beatam sempiternamque vitam agant ^(h); poetis vero ⁽ⁱ⁾ hisque illustribus ^(j) non video cur constitui non ^(k) possint. si enim munus tale in eorum memoriam fieri solet, qui illustres et in vita praestantes fuerint ^(l), quid vetat ne ^(m) vatibus quoque, si qui praeter ceteros insignes sint ⁽ⁿ⁾, talium rerum monumenta debeantur? nam et posteris, cum hec vident, magna ^(o) sunt incitamenta animorum, ingeniisque ad virtutem et vite ^(p) gloriam ingens calcar ex his additur; quale ^(q) solebat dicere Scipio, cum illustrium virorum imagines cerneret, magnopere se ad eorum ^(r) imitationem concitari ^(s). cumque hoc poetis ^(t) suo quasi iure concedam, non interdico tamen ceteris, qui aliquo recto studio aut egregio artificio insignes fuerunt; neque enim, ut alios sileam, redarguendus is michi videtur, qui, cum Palladem finxisset ^(u), in eius se egide medium sculpsit ^(v) ⁽³⁾. an fortasse du-

(a) *Codd. Mur.* faciunt, nostri (b) *C Mur.* fuit quia qua esset patria cum ignoraretur *Ar V om.* cum (c) *Ar V* nunc (d) *P* huic minime *Ar V* huic qui unus gentilis fuit *Mur.* quod gentilis fuerit (e) *Mur.* honorem omnem sanctis (f) *Mur.* digni sunt ut colerentur (g) *Così i codd. tranne RG, che danno agere Mur.* agerent (h) *C Ar VMur. om.* vero (i) *C Ar VMur.* illustrioribus (k) *Mur.* cur non constitui (l) *Mur.* illustres in vita praestantesque viri fuerunt (m) *Mur. om.* ne (n) *Mur.* sunt (o) *B PRGBp* nam cum posteris vident *Mur.* nam posteris quidem haec magna (p) *RG Bp Ar vatis* (q) *Mur.* et gloriam natis calcar. his additur, quale (r) *B PMur. om.* eorum (s) *C Ar VMur.* cumque poetis hoc (t) *V* qui in isto *Mur.* qui in aliquo (u) *Mur.* pinxisset (v) *RG* pinxit sculpsit (*sic*).

(1) Cf. *Cic. Pro Arch.* VIII, 19; *SEN. Ep. ad Luc.* LXXXVIII, 37.

(2) *SALLUST. De bello Jugurth.* IV, 5. Il medesimo concetto è ripetuto nel *De ingenuis moribus* (cf. l'edizione a

cura di A. Gnesotto, Padova, 1918, p. 103).

(3) Pheidias nell' *Athena Parthenos*. Cf. *Cic. Tusc.* I, XV, 34; *VAL. MAX. Fact. et dict. mem.* VIII, XIV, ext. 6.